



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Baconi Baronis de Verulamio, Vice-Comitis S.  
Albani, Summi Angliæ Cancellarii, Opera omnia, Quæ  
extant: Philosophica, Moralia, Politica, Historica ...**

**Bacon, Francis**

**Francofurti ad Moenvm, 1665**

Novus Atlas, Opus imperfectum. Lectori. S.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb10497643-5**

# NOVUS ATLAS,

Opus imperfectum.

## LECTORI.

S.

**F**abulam hanc Novæ Atlantidæ eo animo confinxii honoratissimus auctor, ut in ea modulum quendam & descriptionem Collegii, ad interpretationem naturæ, & operum magnitudinem ac potentiam, instituti, exhiberet: idque nomine domus Salomonis, sive Collegii operum sex dierum, insigniret. Atque eousque sermonis filum produxit, donec hoc conficeret. Modulus, (fater) pro more Poëtice, grandior & celstior est, quam qui, in omnibus, imitationi patet; verum tamen in plerisque industria hominum sibi non diffidat. In animo etiam habuit, hac ipsâ in fabulâ, librum de legibus, sive de optimo Civitatis statu, exarasse; sed cum opus hoc prolixum futurum prævideret; nec non Historia Naturalis colligendæ, aliorumq[ue] instauratio partium contexendarum (quas longe potiores duxit) desiderio abriperetur; hic pedem fixit.

FRANCISCI BACONI  
DE VERULAMIO

# NOVUS ATLAS.

**N**avigabamus è Peruvia ubi per annum integrum commorati sumus: petebamus autem Chinam, & Japoniam; commeatum in duodecim menses nobiscum portantes; atque per spatum quinque mensum, & amplius, ventis secundis ab Ortu flantibus, licet lenioribus & remissioribus, usi sumus. Tum vero vertit se ventus, & ab Occidente, per multos dies, constanter spiravit; adeo ut progredi lente admodum possemus, atque de reditu quandoque cogitaremus. Sed tunc rursus orti sunt Austri fortis & vehementes, cum inclinatione nonnulla in Orientem; qui nos (quantum fieri potuit) contrahentes, versus Septentrionem compulerunt: quo tempore commeatus noster, (etsi parce admodum eum distribuissemus) penitus absumpsus. Itaque, cum nos ipsos, in medio vastissimæ, per universum Orbem, aquatum eremi, positos videremus, absque commeatu, perditos nos plane putabamus, & mortem propinquam expectabamus. Attamen corda nostra, & voces, ad Deum in Cœlis levavimus; Qui Mirabilia sua in profundis monstrat; eum precantes, pro Misericordia sua, ut quemadmodum in principio, Congregations Aquarum mandavit, & Aridanum apparere fecerat; ita tunc quoque terram nobis ostenderet, ne peritemus. Contigit autem, ut die sequente, sub vesperi, intra modicam distantiam, cerneremus, Septentrionem versus, tanquam Nubes spissas: quæ nobis de terra spem injecerant, satis gravis, tractum illum Maris Australis, penitus incognitum fuisse: atque Insulas, & Continentes, adhuc non detectas, complecti potuisse; itaque cursum, tota illa nocte, eo direximus, ubi terra se, ut coniectabamus, ostenderat: atque illucescente die postero, manifestum fuit, id quod videramus, terram revera fuisse, depressam quidem & silvosa; quod eam magis obscuram monstraverat. Atq[ue] post fessi qui-hora navigationem, Portum Tatum appulimus: Portum urbis cuiusdam, non magnæ quidem, sed pulchre exstructæ, & quæ, ex qua parte Mare spectabat, elegantiam magnam præ se tulit. Nos vero singula momenta tardæ & lîmantes, quibus à terra abesseamus, ad littus properavimus, & ad

descensum in terram nos comparavimus. Constatim autem vidimus, nonnullos ex populo urbis, cum bacillis in manibus, qui nutr & lignis, nos in terram descendere prohibuerunt: absque tamen clamoribus, aut ferocia. Unde, haud parum contristati, quid faciendum esset, apud nos delibera- mus. Interim perirexit versus nos scapha haud magna, octo circiter viros vehens; quorum unus in manu gestabat baculum ex arundine lutea, adutrumque finem cæruleo colore imbutum. Qui nam nem nostram fidenter concidunt. Cumque vidisset unum è nostris obviā illi prodeuntem, è sinu extraxit Rotulum quendam pergamentæ, (sed pergamena nostra paulo flavoris, atque ad instar Foliorum Codicillorum plendentis, alias autem mollis satis & flexibilis.) Eique in manu dedit, qui primus è nostris se obtulerat. In quo Rotulo, Lingua Hebraica prisca, Græca quoque prisca, Latina satis pura, & Hispanica, scripta erant hæc Verba; Interram ne descendatis; nedum quispiam è vestris. Quin & discessum ab his Oris maturate, intra sexdecim dies, nisi licentia vobis diutius morandi concedatur. Interea, si aqua vobis opus sit dulci, aut commeatu, aut Medicina & curatione pro agrotis, aut si navis vestra reparatione indigent, singula, quibus careatis, in scriptis exhibete. Nos autem Officiis ullis misericordie vobis non deerimus. Rotulus iste, sigillo firmatus erat, ex aliis Cherubim, minime expansis, sed deorsum pendentibus, & juxta eas Cruce. Hoc tradito, Minister ille discessit, & unum ex famulito suo nobiscum reliquit, qui responsum nostrum reportaret. Cum jam apud nos, de hacre deliberaemus, timidi & anxii hærebamus. Arceri a descensu in terram, & monasteri de præpropero nostro discessu, male nos afflixerunt. Contra, cum videremus, populum illum Linguis externas callere, tantæq[ue] humanitate præditum esse, consolationi nobis erat non exigua: ante omnia, signum Crucis instrumento appositum, singulari gaudio nos affectit, tanquam salutis augarium manifestum. Responsum à nobis est lingua Hispanica; Navem nostram satis commode se habere, quandoquidem malacias, & ventos contrarios potius experientem, quam tempestates: quan-